

I N N O M I N E D O M I N I A M E N

Ad perpetuam rei memoriam. Cum omnes donationes bonorum immobilium in perpetuum alicui a principibus concessae, ac de a memoria hominum exciderent. Nec ad posteritatis noticiam deveniret, si litteris sub obfignatione sigillorum authenticorum non mandarentur, promitte nos Sigismundus deignus Rex polonie Magnus dux Litwanc Rusie prussie Samogithie q. r. f. dominus et heres, Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quia zelo ac vinculo charitatis dilectionisq. maritalis. quo erga Serenissimam Regnam. Comina Bonam consortem nram. charissimam afficimur permoti. Nec minus sue Maestatis prudente omnibus in rebus provisionem. ordinem q. et gubernacionem attendentes. sibi et sue serenitatis successoribus legitimis. bona nostra seu curiam dictam Berszujkij in districtu Przelomskij consistentem. quam in deserto negro vulgo incupato Przelomska seu stagnum nostrum oskiego Przelomskijego et perevalskijego appellatum vulgo mare. Generosus Nicolaus Georgij Pazowicz Venator noster in Magno ducatu nostro Litwanc. nuper ibidem de mandato nro denovo creavit edificavit et hominibus collocavit. in his limitibus et granicibus. quas illi antehac facere commiseramus dandum et donandum duximus atq. de certa sciencia et sincero dilectionis mutue affectu. damus donamus et largimur perpetua et irrevocabili donatione. per ipsam Serenissimam dominam Bonam Reginam polonie et Magnam ducem Litwanc. consortem nram charissimam. atq. per sue Serenitatis legitimam posteritatem. predicta bona seu curiam dictam Berszujkij ita late longe et circumferenciatim prout se extendit atq. consistit. et prout eam prefatus Nicolaus Pazowicz Venator noster granicibus ab alijs nro nro limitavit et determinavit. atq. pro eam hactenus de speciali concessione nra sibi ad extrema autaxat vite sue tempora facta tenuit et tenet. Cum omni iure domini. o et proprietate. cu. universis hominibus. liberis et. illiberis utriusq. sexus Boyaris Vasallis. servis Tributarijs et Laboratoribus. Cum coru. domibus. arcis ortis prediis agris cultis et incultis. campis. pratis Mellificijs. abvicijs. apibus et melle ex eis proveniente. Boris. silvis. Gajis. mercis. Rubetis. quercetis. aquis. fluvijs. guttibus et earu. decursibus. piscis vivarijs lacubus. et stagnis piscibus. molendinis et earu. emolumentis. Venationibus tam ferarum q. Castorum aucupijs laboribus. censibus honoribus. et quibusvis redditibus. Et generaliter cu. omnibus et singulis fructibus utilitatibus et obviacionibus. quibuscunq. nominibus incupatis. nuc. ibidem existentibus et in posterum humano ingenio ac industria inveniedis. Nichil penitus excipiendo aut pro nobis et successoribus nris reservando mox post morte ipsius Nicolai Venatoris. Tenendum habendam pacifice possidendu. illis usufruendum. dandum. donandum. alienandum. committendum. vendendum. resignandum. et in suos successoru. q. suoru. usus beneplacitis convertendum. nisi sue Serenitati et successoribus suis melius et utilius videbitur expedire. tenore presentium mediante in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum nostru. presentibus est subappensum. Actum Cracovie die Dominica Reminiscere. Anno domi. Millesimo quingentesimo vigesimo quarto Regni vero nostri anno decimo octavo. presentibus Reverendis in xpo. patribus domis. Joanne ex ducibus Litwanc. Vilnens. Lawrence Myedzylesky Cameracem. Episcopis et preposito Vilnens. Ata. Generosus Vassilo Copecs Secretario supremo. et Magni ducatus nri. Marschala Territorio in Prozelovka. Joanne Alexandrovicz Tezavna.

Рукописное
Отделение
33
Библиотека



IN NOBIS DOMINUS



1524

76 80
1
Zygmunt I
Konstantyn
1524

